

Sermo

villitationem. Fodere nõ valeo. men
dicare erubesco. Scio quid faciaz: ut
cum amicus fuero recipiat me in do
mos suas. Conuocatis itaq; singulis
debitoribus domini sui dicebat pri
mo. Quantum debes domino meo.
At ille dixit. Centuz chados olei. Di
xitq; illi. Accipe cautionem tuam. 7 se
de cito scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu vero quantum debes.
Qui ait. Centum choros tritici. Ait
illi. Accipe litteras tuas 7 scribe octo
ginta. Et laudauit dominus villicuz
iniquitatis. quia prudenter fecisset.
Quia filij huius seculi prudentiores
filij lucis in generatõe sua sunt. ego
dico vobis. Facite vobis amicos de
mammona iniquitatis: ut cum dese
ceritis: recipiant vos in eterna taber
nacula.

Eodem die.

Sermo. xci. de euangelio.

Homo quidaz erat di
ues qui habebat villicum.
In officio precedetis domi
nice dicitur de instructione fide
lis populi quo ad opera iusticie: nec
non cautelaz prauæ doctrine: sed quo
niam pficienduz est de virtute in vir
tutem. de claritate in claritatez. Ideo
in hac dominica docemur in episto
la carnem mortificare. ac spiritualit̃
viuere. Docemur etiam in hoc euan
gelio bona nobis collata prudenter
dispensare: ac in posterum p uideri.
Quia vero nemo sine auxilio gratie
nemo potest pficere nec augetur gra
tia nisi gratis. Ideo ecclesia in perso
na eoz sine acceptis beneficijs grati

nonagesimus primus

A

as agit: dicens in introitu misse. Sus
cepimus deus misericordiam tuam. 7c
Deinde gratiam spiritualiter uiuen
di postulat in collecta dicens. Largi
re nobis quesumus domine per spiri
tum cogitadi que recta sunt ppici9
agendi. Sed videndũ est quis sit iste
diues. quis villicus iste. que eig diui
tie. 7 in quo commendand9 7 imitand9
Diues iste ille e qui dicit 7 facta sunt
omnia. cui dicit psalmista. Tu sunt
celi 7 tua est terra 7c. Huius diuitie
sunt bona temporalia. bona naturali
a. bona gratuita. 7 bona eterna. Tria
prima distribuit in presenti. quartuz
distribuet in futuro cum dicit mat.
.xxv. Venite benedicti patris mei
possidete 7c. Duo prima tribuit bo
nis 7 malis. Unde actuum. xvij. Om
nibus dat inspiratõnem 7 vitam. Da
th. v. Solem suum oriri facit super
bonos 7 malos: 7 pluit super iustos 7
iniustos. Tertium 7 quartum nõ tri
buit nisi dignis. Unde de sapientia di
citur sapientie. vi. Dignos se ipsa
circuit querens. 7 in vijs suis ostendit
se hilariter. 7 in omni prudentia con
fert se illis. Eiusdem. iij. Gratia
dei 7 misericordia in sanctos eius. et
respectus in electis illius.
Huius villicus est quilibz homo cui
committitur villa. id est mens ppria.
Unde ecclesiastici. xv. Deus ab ini
cio constituit hominem. 7 reliquit se
um in manu cõsilij sui. adiecit ei pre
cepta 7 mandata sua 7c. Dedit ei pre
cepta sua de villa excolenda ne spinis
mũdane cupiditatis: seu tribulis car
nalis voluptatis per iniuriam occu
petur. i. zouer. xxiiij. Per agrũ pi
gri hois transiit. 7 per vineam viri